HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 112r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

nec damnis. nec orbitate. nec uulnere. nec exprobratione amicorum. nec
solitudine. nec postea bonorum omnium restitutione mutatur et redimerat
eni sibi tempus. et dies malos faciebat bonos. Propter quod nolite effici
imprudentes. sed intellegite quae sit uoluntas dei. Quia tempus malum est et
sicut supra diximus redimendum adpetenda ante sapientia est ut pulla uitel
legere ualeamus quae sit uoluntas dei. ij enim possumus caute ambulare non prius
intellecta uoluntate dei. In omni igitur opere primum considerandum quid uelit dns.
et habito iudicio id pro ita faciendum. quod illi placere fuerit conprobatum.
Et nolite inebriari uino in quo est luxuria. sed implemini spiritu. Quomodo non
possumus duobus dominis seruire deo et mamone. sic non possumus spiritu impleri
parte et uino. Qui enim spiritu inplete habet prudentiam. mansuetudinem. uerecundiam. castitatem. quia uino habet insipientiam. furorem. petulantiam. libidinem. Hoc quippe estimo uno uerbo significare luxuriam. Quod si quidam intellegerent. nunquam me temeritatis et heresiae arguissent. quod in uirginitate seruanda. diuersi uinum adolescentibus declinandum. et non mittendum
sup flamma oleum. nec naturale carnis ardorem fomentis uoluptatis augendum. potest aut uinum in quo est luxuria et illud accipi. dequo in cantico moysi dicit: furor draconum uinum eorum. et furor aspidum insanabilis. quod omnis qui
sedulitate cogitationes ebrii. bibunt et insanium euomunt. et peripatetici
corruunt et iuxta lapytarum centaurorumque fabulam uinum ferunt
centauum. Hunc uino illud uinum contrarium est quod dns se nobiscum in regno suo
bibturum esse promittit. Frequenter adnotauimus nomen spiritus absque addimento
in bona parte positum. quod quidem et ita nos obseruandum uidet. Loquentes
uobismetipsis in psalmis et ymnis et canticis spiritalibus. cantantes et psal
lentes in cordibus uestris dno. Qui se abstinuerit ab ebrietate uinum in quo est
luxuria et per hoc spiritu fuerit inpletus. iste omnia potest accipere spiritalitate psal
mos. ymnos. et cantica. Quid autem sit inter psalmum ymnum et canticum. in psal
terio plenissime discimus. ipse autem breuiter ymnos esse dicendum. quod fortitudinem
et maiestatem predicandi et eiusdem semper et beneficia et facta mirantur. quod omnis
psalmus continent quibus alia et propositum et subiectum est. psalmus autem proprie
ad ethicum locum pertinent ut per organum corporis quid faciendum et quid uitandum
sit nouerimus. Qui uero de superioribus disputat et concentu mundi omnium quae